



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ivlii Cæsarisi|| Scaligeri|| Epistolæ|| &|| Orationes||

Scaliger, Julius Caesar

Lugduni Batavorum, 1600

Eidem. XXXVIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70455](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70455)

H A V D multo antequam hæc scribere
inciperem, per forum transiens frater
excitauit memoriam meam tui. Cæsar, in-
quit, abeo ad Carolum scripturus. si quid
velis, curabo. Ego cum nuper ad te binas de-
dissem, non sane habebam, quid scriberem,
nisi te rogassem, euerteres istas bibliotheca-
nouas librariorum, in quibus decimum hi-
storiarum Aristotelis audiebam descriptum
vulgo typis Germanicis, auctore Trapezun-
tio Latinum factū. Eius ut opera tua fiat mihi
copia, oro te atque obsecro. vrgebis enim
occasione edendi eum, qui a me versus
est, atque explicatus commentariis. Id quo-
iam præstitissim. sed cum essem in eo ut in-
vulgarem, cohibuit hunc imperium spe-
istius operæ, quam de te exactam velim. Pri-
mo quoque tempore expectamus te. iccir-
co libros mèos non prius mittam, quam me
facias certiorem, vbi sis, vbiue esse posthac
malis, quam isthic obrutus omni cura pre-
terquam, ut audio, literaria. Nam aiunt in
te vnum vniuersa cœtus vestri munera atq;
etiam onera incubuisse. Itaque per Deum
exoratum te velim, ut te his expeditum red-
das nobis. expedes autem, si aut ciures sa-

cra-

cramentum tam importunæ militiæ , aut conficias prouinciam . sed suspicabamur tibi iam non esse integrum in re desperata . Etenim qui autor fueris antistiti redigendi in ordinem vnumquemque , veteremque licentiam cohibendi , puto ac sane vereor te nunc istis desertoribus atque erronibus parum gratum , ne dicam auctoritatem tuam eleuatam , aut etiam oppressam prævaricatorum peruersitate . Ergo plus feceris , si nihil facias , quam si aut parum pro sententia tua , aut praece pro dignitate omnium nostrum agas . Nam præterquam quod angit nos quodcunque præter opinionem euenerit , etiam id dolebimus , quod abes amicis tuis , quibus deesse non debuisti . Accinge te officio non excusationi . Nullam enim accipiemus . Vale . x i . Cal . Aprilis .

Tuus Iulius in domino Iesu.

SCALIGER GAIRARDO
S. Montalbanum. XXXIX.

VTINAM quantum conuenit inter animi mei propensionem , & meritâ tua : tantum mihi esset imperii aduersus morbi tui sauitiam , ac potius tyrannidem nullis . ego

K 2

decsem